Balauſtiar. ana Drach. j.
Coq. in aq. Lactuc. & Roſar. ana ſ.q.
℞. *Colaturæ* Unc. xij.
Syr. Papav. ſimpl.
Diacodii violat. ana Unc. js.
Vini Granator.
Tinct. Papav. errat. ana Unc. j.
Phlegmat. Aluminis rect. Unc. s.
Miſc. pro gargariſmate, quod in ore retinendum eſt.

Vires & Uſus.

HOc gargariſmate os ſæpè colluatur, vel absque multa agitatione in ore, ad intercipiendum, acrem, tenuem & calidum catarrhum detineatur.

SECTIO XXVIII.
DE
LIXIVIIS.

LIXIVIUM BENEDICTUM.

℞. *Ciner. Lig. & extrem. frond.*
Juniperi
Artemiſiæ rub.
Geniſtæ
Fabarum adhuc in paleis
Abſinthii ana Unc. j.
Et cum vini albi potentis ſ.q. fiat l.a. lixivium.

Vires, Uſus, Doſis.

AQua intercute laborantibus ſingulariter prodeſt: Efficaciſſimè enim & valentiſſimè aquam per urinam expellit, quo auxilio multos Hydropicos nullo alio diebus aliquot adhibito remedio ſanavimus. Doſis manè ſtomacho jejuno ab unc. ij. ad unc. iij.

LIXIVIUM SAPIENTIÆ.

℞.	*Rad. Caryophyllat.*	
	Pyrethri	
	Asari	
	Visci quercini	ana Unc. j.
	Olibani	
	Succini citrin.	ana Unc. s.
	Herb. Rorismarin.	
	Majoranæ	
	Melissæ	
	Origani	
	Fol. Salviæ acut.	
	Lauri	ana Drach. ij.
	Flor. Lavendulæ	
	Rosar. rub.	
	Pæoniæ	
	Betonicæ	
	Primulæ veris	ana Drach. j.

Bulliant in lixivio dulci, postea ad usum reponatur.

Vires & Usus.

CUm hoc lixivio semel tantum in septimana, corpore purgato, Caput, in læsa memoria & ratiocinatione à causa frigida & humida, quæ alias frequentissima est, diligenter abluatur: Cerebrum enim memorandique facultatem mirificè confortat, Spiritus animales illustrat, & ab Epilepsia & Apoplexia præservat.

LIXIVIUM CEPHALICUM.

℞.	*Fol. Senæ elect.*	Drach. vj.
	Rad. Ireos flor.	
	Sem. Cæruf.	ana Drach. iij.

Herb.

Herb. Euphrasiæ cum florib.
Verbenæ
Majoranæ
Rorismarin.
Salviæ
Origani ana Drach. iij.
Agarici alb. & levis Drach. js.
Flor. Stæchad. citrin.
Chamomillæ
Rosarum rub.
Cheiri ana Drach. j.

Mixta & incisa coquantur in lixivio bono, postea clarificetur, ut est artis, & sic paratum est.

Vires & Usus.

IN dolore Capitis valdè prodest. Insuper Cerebrum, nervos, oculos, sensusque reliquos, egregiè roborat. Lavetur autem cum hoc lixivio Caput bis in hebdomade. Sed illi, qui frigidi & humidi naturâ sunt, capitalibus lotionibus rarius: Qui verò calidi & sicci, frequentius utantur.

LIXIVIUM ANTIASTHMATICUM.

℞. *Rad. Glycyrrhizæ rasæ*
Ireos flor.
Enulæ camp. ana Unc. s.
Succini citrin.
Thuris albi
Gran. Myrti ana Drach. iij.
Herb. Salviæ min.
Betonicæ
Hyssopi
Origani ana Drach. ij.
Sem. Nigellæ

Carui ana Drach. js.
Flor. Chamomillæ
Rosarum rub.
Papav. errat.
Anthos ana Drach. j.

Condita sacculo coquantur in Lixivio dulci, postea clarificetur, & usui reservetur.

Vires & Usus.

EX hoc Caput singulis septimanis semel aut bis antecibum lavetur: In Asthmate enim siccat & sistit destillationes ex capite ad subjectas partes, mox siccetur contegaturque caput.

LIXIVIUM DIURETICUM.

℞. *Herb. Linariæ cum flor.*
Genistæ cum flor.
Ebuli cum toto
Fol. Sambuci cum frond. ana s.q.

Fiat Cinis, ut est artis, ex quo postea cum vini Rhenani s.q. præparetur lixivium clarum.

Vires, Usus, Dosis.

FOrtiter Hydropicorum aquas per urinam expellit, & aliàs in dysuria, lichuria secretum est. Dosis ab unc. ij. ad unc. iij. per se, vel in vehiculis specificis.

LIXIVIUM TARTARI.

℞. *Tartari alb. ad nigredinem calcinat.* q.v.

Fiat cum aq. pluviali destillata lixivium, in quo postea bulliant Cortices Aurantiorum, & colaturam claram & tinctam ad usum reserva.

Vires,

Vires, Usus, Dosis.

SIngulis diebus ad tempus aliquod exhibitum, calculum resolvit & expellit, nec non omnem tam Renum quam Vesicæ mucilaginem insensibiliter educit. Dosis Cochl. j. in vehiculis specificis.

LIXIVIUM TINGENS.

℞. *Lixivii Sarmentor. vitis* Lib. ij.
Rad. Bryoniæ
Chelidoniæ
Curcumæ ana Unc. s.
Croci Lilior. alb. Drach. ij.
Flor. Verbasci
Stæchad. citrin.
Genistæ
Hyperici ana Drach. j.
Coquantur simul, & fiat lixivium clarum, ut est artis.

Vires & Usus.

CApillos colorat, clarificat, & flavos facit: sed crines crebrò lavandi sunt cum hoc lixivio, donec perfectè tingantur.

SECTIO XXIX.
DE
BALNEIS.

BALNEUM ARTIFICIALE, UBI Thermæ naturales desunt.

℞. *Sulphuris citrini* Lib. iij.
Salis marini
Rad. Pyrethri ana Lib. j.
Tartari albi

Nitri